Lettres Patentes

Pour l'Etablissement de nombre de Sergens dans la Seneschaussée de Nismes pour l'execution des ordonnances des Monnoyes.

Du 29. Juin 1353.

Johannes Dei gratia Francorum Rex, Senescallo Bellicadri et Nemausi et Carcassone, et eorum Locatenentibus, Salutem. Consules universitatis et habitatorum bonarum villarum, et Locorum Senescalliarum vestrarum, nobis exponi fecerunt

Seneschaussée de Nismes arm. A. liasse 17. [illegible] n.° 2. fol. 1.

graviter conquerendo, quod Lieutenants, et alii officiarii nostri ordinarii pro Justitia ministranda et pro regimine patriæ et subditorum nostrorum, tam per nos et Prædecessores nostros principaliter instructi, et ex debito vestri officii tenemini, ad ea, quæ vestro incumbunt officio vigilanter et solicite attendere, et studere. Nihilominus in illis partibus, et præsertim in vestris Senescalliis cotidie supervenit et concurrit pluralitas diffusa Servientium et Commentorum Tailliatorum seu Scisorum monetarum, et sæpius in Transgressione ordinationum monetarum [illegible] nostrarum apertarum per nos, seu Locatenentibus, et Capitaneis nostris deputatorum, per quos conquerentes ipse et alii nostri

subditi expensis et salariis personarum
hujus modi diversimode consumuntur
et pro compulsionibus hujusmodi, ad
compositiones pro nobis, seu financias
faciendas ipsis non auditis in eorum
rationibus et deffensionibus inducuntur
et etiam compelluntur, et aliis multipliciter
opprimuntur, et indebite molestantur, et
quodque ex hoc multa damna et in-
inconvenientia nobis et toti reipublicae
proveniunt et maxime quod metu in
dictorum fractorum et taillatorum in
dictarum monetarum quamplures in
mercatores advenire in regno nostro in
mercari formidant, et etiam habitare
seu aliás conversari, in nostri et subditorum
nostrorum dispendium non modicum et
jacturam, supplicantes pro nobis super his
de salubri remedio provideri. Quocirca
nos circa bonum regimen nostrorum

fidelium ſubditorum, prout est nobis
poſſibile, advertantur, et ipſos nostros
ſubditos a talibus oppreſſionibus
relevari cupientes. Mandamus vobis
et vestrum cuilibet committendo,
quatenus unusquisque vestrum circa
bonam Justitiam, praefatis nostris
ſubditis reddendam et ministrandam
et ad cetera omnia, quae vestro cujuslibet
incumbunt officio, fideliter et attente
vigiletis et etiam Studeatis attendi,
quod per alios officiales vestros vobis
ſubditos faciatis, non permittentes
tales ſervientes et Cornetores ac
fractores, ſeu Coperatores monetarum
quos eorum quemlibet, quo ad fractionem,
ſeu captionem monetarum, Nos, habito
ſuper hiis maturo consilio, de nostra
certa Scientia, tenore praeſentium
revocamus, talibus uti officiis in
vestris

ventis distribuendis, nec aliquid per eos
aut eorum alterum quomodo libet taliter
attemptari, seu si facta per eos, seu
alios attemptata, quaelibet ea facta
indubie per vos reperta fuerint, revocando
ad statum pristinum et debitum reducendo
indilate nostris insuper inhibitionibus
existit, quod deinceps praefati fractores
seu scopatores monetarum praedictarum
hujusmodi officio nostro non propinent,
immo sint penitus revocato, nisi in casu
quo monetae prohibitae extra regnum
portarentur. litteris in contrarium
impetratis subreptitiis, vel impetrandis
non obstantibus quibuscumque. Datum
Corbolii Die vigesimo nono Junii,
anno Domini millesimo trecentesimo
quinquagesimo tertio. per Regem in
Consilio suo. franco. /.